Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-549494-p0001-7

ooGe

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-549494-p0002-3

18

# GRATULATIONES VOTIVAE,

Qvibus

*VIRI*

*Clariſſimi, Humaniſſimi atqve Doctiſſimi*

# DN. M. IOHANNIS CRAUSII,

SCHOLAE EPISCOPALIS, QVAE CIZAE EST, RECTORIS MERITISSIMI, FAMIGERATISSIMI,

ONOMASTERIA

*d. 8. Cal. Julii. A. O. R. M. DC. LXXIV.*

debitae obſervantiae ergò

*celebrant*

Nonnulli primae Claſſis diſcipuli.

---

*CIZÆ,*

Typis Joh. Ruperti. Keils.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-549494-p0003-9

Γυμνασίου Μοῦσαι σέο δοξάζουσ' ὀνόμασμα

Παιδευτῆς ὢ ἔνδοξος. Διὸ Μοῦσά μοι ἐσθλαῖς

Ταῖς εὐχαῖς χεύειν τεθέληκε. Σε αἰθέρι ναίων

Ναῶν ἠδὲ σχολῶν Ἄρχων αὐτοῦ διάγγοι

Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἵνα εἰς πολλοὺς ἐνιαυτοὺς

Εὐστοχίᾳ τοῦ γυμνασίου μάλα τοῦτο διοικῇς,

Καὶ παῖδας πολλαῖς ἐν παιδείαισι διδάσκῃς,

Πάντοτε, φημί, θεός, σε, φίλην ἄλοχόν τε φυλάττῃ!

*Joh. Georgius Zeidlerus.*

---

*Sicut caput ſuprema ceu pars ſi valet,*
*Tunc membra præſtant cætera*
*Munus ſuum: ſic hactenus vigens caput*
*Noſtræ Scholæ primarium,*
*Decusq́; præſtat ne laboret ulla pars*
*Hùc usq́. Felix ô dies!*
*Poſthæc ita vale, vir colende plurimum,*
*Ut ſecla vivas Neſtoris.*

Johannes Pfau / Wuizâ M.

Salve,

SAlve, Feſta Dies, ſalveto terque quaterque
Nobile quæ JANNI nomen ab axe vehis.
Advehe RECTORI JANNI ter mille bonorum
Plauſtra, fac, ut cernat ſæpius huncce diem!

*Mauritius Fridericus à* Körbitz.

---

חֱיֵי רַבִּי בְּלָא עָמָל

וְיוֹם—שֵׁם תּוֹב חֲיֵי טוֹב כָּל:

Zacharias Haſe / Tauten-
burgo-Oſterlandus.

---

COmmodè modò * *innovata* Luna creſcere
incipit,
Noſtra ubi *ſollemnitatem* Nominis Tibi ſchola
*Clare Rector*, gratulatur: nam ſupremi gra-
tia
*Innovata* in Te timores triſtiũ omnes diſpulit
Qvæq; contra læta ſpondet- *Hæc*, precor *be-
nignitas*
Indies Tibi *augeatur*, ſitque Lunâ *certior!*

*nempe diem Nominalem
antecedente.

Chriſtianus Friedel / *ſcâudiz. Miſn.*

SPlendida dum redeunt onomaſmatis aſtra MA-
GISTRI,
Proſpera cuncta precor: ſint rata vota precor.

*Philippus Magnus* Zinckernagel/
Mega-Ballhusâ Thur.

---

COelô ſuperbis naribus dum Solis efflant ignei
Equi fugaces Nominis ſerena, Rector, lumina
Tui; precor lætus: Deus multum ferat tibi auxili,
Spargas ut ore plurimæ doctô ſcientiæ roſas.

*Gottofredus* Eckſtein/ *Annæmont. Miſn.*

---

Εὔρωστος ζώοις Παιδα τῶν φέρτατε αἰέν,
Καὶ δ' ἔχοις εὔφρων πολλάκι τοῦτο φάος!

Joh. Georgius Rapſilber/
Cizâ-Miſn.

---

MAGISTER JOHANNES CRAUSIUS RECTOR.
per anagramma
(eliſa aſp.)
NUNC AGOR: ARTE ORIS TE MISCES AURIS.
Evolutio Chronologica.

GratarI tIbI, reCtor, AGOR nVnC: ARTE tVI
orIs
Te MIsCes aVrIs; CœLICa rIte preCor!

Johannes Fridericus Teuberus,
Cizâ-Miſn.

ἄκρο-

Ἀκρόστιχον

CUr mens non ſaliat mea?

R urſum jam rediit dies

A cceptus CAPITI Scholæ.

V otum hinc mente piâ fero:

S ervet Te altipotens DEUS

I ânnes, Conjuge cum piâ,

U t lux hæc onomaſtica

S æpè affulgeat, apprecor.

Immanuel Heinrich Haſe/

Tautenb. Oſterl.

---

SCipio qvod qvondam fecit Romæ Africus, illud

CRAUSIUS hîc Cizæ ſedulus usq; facit.

Non prius ille forum; Ludum non CRAUSIUS unquã

Linquit, quàm largus munificusq; fuit.

Ille quidem argento; Sed contrà Hic dogmate docto:

Is more: Hic totô pectore tale facit.

Hinc onomaſma tuum CRAUSI, dum ritè celebras,

Unà cum reliquis addere VIVE, placet.

VIVAS! JO VIVAS! VIVAS cum conjuge, Nobis

Te fata oſtenſum longius eſſe ſinant.

Gottfried Gellert.

---

NUnc Onomaſma tuũ rediit, venerande Magiſter,

Ritè docens artes Palladis ingenuas.

 Gratia

*Gratia ſit Tecum Regis ſtellantis Olympi,*
*Viribus ut firmis ſæpiùs hoc celebres.*

*Joachimus Johannes* Kolb/
*Schleizâ Variſcus.*

---

QVando OnomaſmaTuum rediit venerande Magiſter,
Gaudia percipio,& reliqvos quæ cerno precari,
Hæc eadem voveo: votis DEUS annuat ipſis.
pLaVDIte reCtorI MVſæ nVnc DICIte Vota.
Quo Chronoſticho MUſas excitat
*Daniel* Cramer/ *Artherenſis Thur.*

---

*VT felix, ſoſpes, vivax ſit* CRAUSIUS, *opto,*
*Et revehat Titan lætum hoc Onomasma frequenter.*
Daniel Andreas Roßmann/
Triptitiô Variſcus.

---

*OPtata lux clari Minervii Ducis*
*Recurrit. Excitat ſuô*
*Apollo plectrô Elyſtrides, doni vice*
*Ut vota* CRAUSIO *offerant.*

*Hinc*

*Hinc, ut Deus Te ſoſpitem diu ſinat*
*Cizenſibus, peto, precor.*

Joh. Sigiſmundus Eyle/Ciz.

---

EN! Onomaſma redit, gaude, Clariſſime Rector,
Quô dicunt Muſæ vota precesq́ue pias.
Hæc ego pauca fero: vivas valeasq́ue per annos
Complures natis Pieridum, atq; Scholæ!

Balthaſar Schmeiſſer/Cizâ Miſn.

---

*PLaudite nunc omnes; hæc valdè læta dies eſt*
*Rectori noſtro, cui bona verba fluant.*
*Faxit Cunctipotens, videat qvò ſæpius illam,*
*Longis pòſtq; annis ſcandat ad aſtra poli.*

Johannes Jacobus Schultetus,
Cœnobio-Zinnâ-Marchicus.

---

HIc eſt ille dies, in qvô Venerande Magiſter
Felix Tu celebras dulce Onomaſma tuum.
Ergò haud immeritò Muſæ jam carmina pangunt,
Exoptantq́ue animo proſpera cuncta tibi.
Vive igitur ſalvus longævos Neſtoris annos,
Te ditet ſemper Gratia ſancta DEI.

*Georgius Heinricus Cruſius, Treuenſis Variſcus.*

*Dum*

*DUm, CRAUSI, celebras rurſum onomaſma jam,*
*Lætamur meritò pectoribus piis*
*Omnes: atq; preces fundimus, ut Tibi*
*Aſſiſtat ſuperi gratia Numinis,*
*Dum tandem accipias præmia gratiæ.*

Chriſtianus Rudorff / Treuenſ.
Variſc.

---

NUnc onomaſma tuum rurſus, venerande Magiſter,
Cœlitùs affulſit: gratulor ergò tibi.
Mentem pacatam ſemper cum corpore firmo,
Det tibi, qui donat proſpera qvæque, DEUS.

*FRIDERICUS* Groneck/wei-
denſis Var.

FINIS

AB: 155735 (1)

ULB Halle 3
003 023 915

8v

VS 12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-549494-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-549494-p0012-9

18

S VOTIVAE,

I

tqve Doctiſſimi

ANNIS

II,

, QVAE CIZAE

RITISSIMI,

SSIMI,

TERIA

I. DC. LXXIV.

iae ergò

aſſis diſcipuli.

E,

rti. Keils.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-549494-p0013-4